


ANN. XIII. - N. 84

MENSE FABRUARIO

AN D. MCMXLIII



# PALAEESTRA LATINA

## SUMMARIUM

Palaestra exercitatoria,

(MOLINA)

Benevolo lectori salutem,

, (ACTUARIUS)

T. LIVII Historiae.

Adjumenta Grammaticalia,

(MIR)

Compositiones Scholares.

(VALDEORIOLA, LAÍNEZ,  
EGUÍA, SANZ)

Curiosa et Jocosa.

(EGUÍA, ELCANO, CASAS,  
CASALDÁLIGA, ALCALDE, ANDRÉS)

Ordinarii et Superiorum permissu

# **Palaestra exercitatoria**

**Ad Maecenatem** (HORAT. Od. I, 1)

Maecenas atavis edite regibus,  
 o et praesidum et dulce decus meum!  
 Sunt quos curriculo pulverem Olympi-  
 collegisse juvat, metaque fervidis [cum  
 evitata rotis, palmaque nobilis  
 terrarum dominos evehit ad deos.  
 Hunc, si mobilium turba Quiritium  
 certat tergeminis tollere honoribus;  
 illum, si proprio condidit horreo,  
 quidquid de Libycis verritur areis  
 Graudentem patrios findere sarculo  
 agnos, Attalicis conditionibus  
 numquam dimoveas, ut trabe Cypria  
 Myrtoum pavidus nauta secet mare.  
 Luctantem Icaris fluctibus Africum  
 mercator metuens, otium et oppidi  
 laudat rura sui; mox reficit rates  
 quassas, indocilis pauperiem pati.  
 Est qui nec veteris pocula Massici,  
 nec partem solidō demere de die  
 spernit, nunc viridi membra sub arbuto  
 stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae.  
 Multos castra juvant, et lituo tubae  
 permixtus sonitus, bellaque matribus  
 detestata Manet sub Jove frigido  
 venator, tenerae conjugis immemor,  
 seu visa est cafulis cerva fidelibus,  
 seu rupit teretes Marsus aper plagas.  
 Me doctarum hederae praemia frontium  
 dis miscent superis; me gelidum nemus,  
 Nympharumque leves cum Satyris chorū  
 secernunt populo; si neque tibias  
 Euterpe cohibet, nec Polyhymnia  
 Lesboum refugit tendere barbiton.  
 Quod si me lyricis vatibus inseres,  
 sublimi feriam sidera vertice.

(TRADUCCIÓN)

*Mecenas, vástago de antiguos reyes,  
 mi dulce protector, dulce honra mia,  
 gustan cubrirse algunos con el polvo  
 de la carrera olímpica, y la meta  
 por las rusientes ruedas evitada,  
 y las palmas triunfales los encumbran  
 hacia los dioses que en el orbe imperan.*

*Si la voluble multitud porfia  
 en levantarla a señorío triple,  
 si aquel entroja en su granero propio  
 cuanto en las eras libicas se aecha  
 gozándose en romper el agro patrio,  
 nunca le apartes de su vida atlética  
 para que a bordo de un bafel de Chipre  
 hienda el Mirtoo mar cual nauta párido.*

*El mercader a quien espanta el Abrego  
 en brava lidia con las olas de Icaro  
 alaba de su pueblo la campiña:  
 luego repara la deshecha nave,  
 rebelde a las mezquinas estrecheces*

*Hay quien de añojo Masico ni un vaso  
 rechaza, y hurta al dia largos ratos  
 tendido ya bajo el madroño verde  
 ya cabe el chorro de sagrada fuente.*

*Y la milicia a cuántos embelesa,  
 el son de las trompetas y clarines,  
 la guerra, espanto odioso de las madres.  
 Hasta el montero quedase al sereno  
 olvidadiço de su moza esposa,*

*si ha visto su jauría alguna cierva,  
 o el Marso jabali rompió las redes.  
 La yedra, premio de las doctas frentes,  
 me encumbra hasta los dioses; me segregá  
 del vulgo el fresco bosque y las ligeras  
 danzas de leves Ninfas con los Sátiro,  
 si sus flautas Euterpe no me niega  
 ni Potimnia templar lesbica lira.*

*Que si me cuentas con los rates líricos  
 los astros heriré con frente altaiva*

MARIANO MOLINA, C. M. F.

Solsona

# PALAEstra LATINA

*Premium subnotationis annuae, solutiones antelata, est 10 pesatarum in Hispania et Lusitania, 12 pes. in America et Philippinis insulis, et 18 pes. in reliquis civitatibus. Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Baroinone - Apart. 104a*

## Benevolo lectori salutem

*Jam inde ab ortu PALAEstra LATINA studium operamque numquam intermisit ut litteras latinas diffunderet, omnibus viam ad rectam latinitatem sternere novaque proferret vocabula, quibus res hodiernae monstrari possent.*

*Hunc persecutus est scopum et venerabilis noster conditor Joveus ejusque impigri socii, qui constantes ad id adlaborarunt. Hunc et nos consecutamur qui, Deo adjuvante, tot malorum evasimus ruinas, quibus Dei et patriae hostes nos obrui exoptabant.*

*Nunc autem, benevole lector, difficultates undequaque exortae ut Palaestra Latina in pristinum restitueretur splendorem, summo novi moderatoris atque sociorum conatu ex parte superatae sunt et speramus fore ut Commentarius noster in dies omnibus carior evadat. Denuo igitur PALAESTRÆ singulis mensibus Collegia, Instituta, Seminaria, alumnorum aulas festiva adibit eisque animos addet ut facilius latinitatem excolant in eaque exerceri valeant.*

*Morem tamen quibusdam emeritis magistris gerere statuimus, qui classicos textus desiderant, —ut in aula interpretentur—, quique enixe nos rogaverunt ut hos in Commentario nostro —ut antea in Vergilii Aeneide factum est—, ederemus. Quod hoc fasciculo auspicamur eo sub lerido indice "Viñetas Históricas de Tito Livio", dum adnotaciones hispanicae a socio nostro carissimo Rdo. P. Carolo E. Mesa exarantur, qui quidem bellulum jam paravit commentarium in Sallusti de Conjuratione Catilinae librum.*

*Alternis fasciculis usque ad mensem junium, hoc anno, Titi Livii selectio prodibit. — Valete.* ACTUARIUS.

*Barbastri, nonis februariis a. 1944.*

## PRAEFATIO

Facturusne operae pretium sim, si a primordio urbis res populi Romani perscripserim, nec satis scio nec, si sciam, dicere ausim, quippe qui cum veterem tum vulgatam esse rem vidcam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allatueros se aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt. Ut cumque erit, juvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et ipsum consuluisse; et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum me, qui nomine officient meo, consoler. Res est praeterea et immensi operis, ut quae supra septingentesimum annum repetantur, et quae ab exiguis profecta initiosis eo creverit, ut jam magnitudine laboret sua; et legentium plerisque haud dubito quin primae origines proximate originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantiibus ad haec nova, quibus jam pridem prevalentis populi vires se ipsae conficiunt. Ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidi aetas, tantisper certe, dum prisca tota illa mente repeto, avertam, omnis expers curae, quae scribentis animum, etsi non flectere a vero, sollicitum tamen efficere posset.

Quae ante conditam condendamve urbem poëticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere in animo est. Datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiniora faciat; et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est populo Romano, ut cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patiantur. Sed haec et his similia, utcumque animadversa aut existimata erunt, haud in magno equidem ponam discrimine: ad illa mihi pro se quisque acriter intendat animum, quae vita, qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit; labente deinde paulatim disciplina velut desidentes primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire cooperint praecipites, donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, perventum est.

Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri positata monumento intueri; inde tibi tuaeque rei publicae quod imitere capias, inde foedum inceptu, foedum exitu, quod vites.

Ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla umquam res publica nec major nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam civitatem tam serae avaritia luxuriaque inmigraverint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae honos fuerit: adeo quanto rerum

minus, tanto minus cupiditatis erat; nuper divitiae avaritiam et abundantes voluptates desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendique omnia invexere. Sed querellae, netum quidem gratae futurae, cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint; cum bonis potius omnibus votisque et precationibus deorum dearumque, si, ut poëtis, nobis quoque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tantum operis successus prosperos darent.

## Selectae T. Livii Historiae (VIÑETAS)

### I. — Rómulo y Remo

Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat; Numitori, qui Stirpis maximus erat, regnum vetustum Silviae gentis legat. Plus tamen vis potuit quam voluntas patris aut verecundia aetatis; pulso fratre Amulius regnat. Addit sceleris celus: Stirpem fratris virilem interimit; 5 fratri filiae Reae Silviae per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit.

Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis maximique secundum Deorum opes imperii principium. Vestalis cum geminum partum edidisset, . . . . . 10 quia Deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae Stirpis patrem nuncupat. Sed nec Dii nec homines aut ipsam aut Stirpem a crudelitate regia vindicant. Sacerdos vineta in custodiam datur; pueros in profluentem aquam mitti jubet.

15

Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis nec adiri usquam ad justi cursum poterat amnis et posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat; ita, velut defuncti regis imperio, in proxima alluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est 20

(Romularem vocatam ferunt), pueros exponunt. Vastae tum in his locis solitudines erant. Tenet fama, cum fluitantem alyeum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus qui circa 25 sunt ad puerilem vagitum cursum flexisse; eam summissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. Faustulo fuisse nomen ferunt; ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos datos. Ita geniti itaque educati, cum primum 30 adolevit aetas, nec in stabulis nec ad pecora segnes, venando peragrare saltus. Hinc robore corporibus animisque sumpto, jam non feras tantum subsistere, sed in latrones praeda onusatos impetus facere pastoribusque raptis dividere, et cum his, crescente in dies grege juvenum, seria ac 35 jocos celebrare.

(Lib. I, c. III, et IV)

## 2. — Fundación de Roma

Ita Numitor Albana re permissa, Romulum Remumque cupido cepit in iis locis ubi expositi ubique educati erant urbis condendae. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde foedum certamen, coortum a satis miti principio. Quoniam gemini essent nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut 5 Dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatum Romulus, Remus Aventinum ad inauguandum tempa capiunt. Priori Remo augurium venisse

fertur, sex vultures; jamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consulataverat. Tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahebant. Inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur: ibi in 15 turba ieiustus Remus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros, inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adjecisset: «Sic deinde quicumque aliis transiliat moenia mea», interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs 20 conditoris nomine appellata.

(Lib. I, c. VI, VII)

## 3. — Hércules y Caco

Palatum primum, in quo ipse erat educatus, muniit. Sacra Diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab Evandro instituta erant, facit. Herculem in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armentum agens 5 nando trajecerat, loco herbido, ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse. Ibi cum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accolus ejus loci, nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum cum avertere eam praedam vellet, quia, 10 si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno excitus

15 cum gregem perlustrasset oculis et partem abesse numero sensisset. pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent. Quae ubi omnia foras versa vidiit nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum occipit. Inde cum actae 20 boves quaedam ad desiderium, ut fit, reliistarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit. Quem cum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, iactus clava, fidem pastorum nequ quam invocans, morte occubuit.

(Lib. I, c. VII)

#### 4. — Ensanche de Roma

Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca, cum in spem magis futurae multitudinis quam ad id quod tum hominum erat munirent. Deinde, ne vana urbis magnitudo esset, adjicienda multitudinis causa, vetere consilio condentium urbes, qui obscuram, atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem ementiebantur, locum qui nunc saepius descendantibus inter duos lucos est asylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis, sine discriminé liber 5 an servus esset, avida novarum rerum perfugit; idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Cum jam virium haud paeniteret, consilium deinde viribus parat. Centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui creari Patres possent.

Patres certe ab honore patriciique progenies eorum ap. 15 pellati.

(Lib. I, c. VIII)

#### 5. — El rapto de las Sabinas

Jam res Romana adeo erat valida ut cui libet finitimarum civitatium bello par esset; sed penuria mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat: quippe quibus nec domi spes prolixi nec cum finitimiis conubia essent. Tum ex consilio Patrum Romulus legatos circa vicinas 5 gentes misit, qui societatem conubiumque novo populo peterent. «Urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci; dein, quas sua virtus ac Dii juvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere. Satis scire origini Romanae et Deos adfuisse et non defuturam virtutem. Proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere», Nusquam benigne legatio audita est: adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant! A plerisque rogitantibus dimissi ecquod femini quoque asylum aperuissent. «id enim demum compar conubium fore». Aegre id Romana pubes passa, et haud dubie ad vim spectare res coepit. Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, aegritudinem animi dissimulans ludos ex industria parat Neptuno Equestri sollemnes: Consualia vocat. Indici deinde finitimiis 10 spectaculum jubet; quantoque apparatu tum sciebant aut poterant concelebrant, ut rem claram exspectatamque facerent. Multi mortales convenere, studio etiam videndae

novae urbis, maxime proximi quique, Caeninenses,  
 25 Crustumini, Antemnates; etiam Sabinorum omnis multitudine cum liberis ac conjugibus venit: Invitati hospitaliter per domos, cum situm moeniaque et frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. Ubi spectaculi tempus venit deditaeque eo mentes 30 cum oculis erant, tum ex composito orta vis, signoque dato juventus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Magna pars forte, ut in quem quaque inciderat, raptæ; quasdam forma excellentes, primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, 35 domos deferebant... Turbato per metum ludicro, maesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii foedus Deumque invocantes cuius ad sollempne ludosque per fas ac fidem decepti venissent. Nec raptis aut spes de se melior aut indignatio est minor. Sed ipse Romulus 40 circumibat, docebatque «patrum id superbia factum, qui conubium finitimus negassent; illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque et, quo nihil carius humano generi sit, liberum fore. Mollirent modo iras, et, quibus fors corpora dedisset, darent animos. 45 Saepe ex injuria postmodum gratiam ortam, eoque melioribus usuras viris quod annixurus pro se quisque sit ut, cum suam vicem funetus officio sit, parentium etiam patriæque expleat desiderium». Accedebant blanditiae viorum, factum purgantium cupiditate atque amore; quae 50 maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

(Lib. I, c. IX)

## 6. — Apoteosis de Rómulo

Romulus cum ad exercitum recensendum contionem in Campo ad Caprae paludem haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo ut conspectum ejus contioni abstulerit; nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes, sedato tandem pavore, postquam ex tam turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidiit, etsi satis credebat Patribus, qui proximi steterant, sublimem raptum procolla, tamen, velut orbitatis metu icta, maestum aliquandiu silentium obtinuit. Deinde, a paucis initio 10 facto, Deum Deo natum, regem parentemque urbis Romanae salvere universi Romulum jubent; pacem precibus exposcunt, uti volens propitius suam semper sospitèt progeniem. Fuisse credo tum quoque aliquos, qui discep- 15 tium regem Patrum manibus taciti arguerent (manavit enim haec quoque, sed perobscura, fama); illam alteram admiratio virti et pavor praesens nobilitavit.

(Lib. I, c. XVI)

## 7. — Horacios y Curiacios

Foedere icta trigemini, sicut convenerat, arma capiunt. Cum sui utrosque adhortarentur, «Deos patrios, patriam ac parentes, quicquid civium domi, quicquid in exercitu sit illorum tunc arma, illorum intueri manus», feroce et suopre ingenio et pleni adhortantium vocibus, in medium 5 inter duas acies procedunt. Considerant utrumque pro

castris duo exercitus, periculi magis praesentis quam curae expertes, quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo creuti suspensi sique in minime gratum spectaculum animo intenduntur. Datur signum; infestisque armis, velut acies, terni juvenes, magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt. Nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo futuraque ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent.

Ut primo statim concursu increpue rearma micantes que fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit; et, neutro inclinata spe, torpebat vox spiritusque. Consertis deinde manibus cum jam non motus tantum corporum agitatioque ancēps telorum armorumque sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani, super alium aliis, vulneratis tribus Albanis, exspirantes correrunt. Ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimis vicem unius, quem tres Curiati circumsteterant. Forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox. Ergo, ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos ut quemque vulnere affectum corpus sineret. Aliquantum spatii ex eo loco ubi pugnatum est aufugerat, cum respiciens videt magnis intervallis sequentes; unum haud procul ab sese abesse. In eum magno impetu rediit; et, dum Albanus exercitus inclamat Curiatios, uti opem ferant fratri, jam Horatius, caeso hoste viator, secundam

pugnam petebat. Tunc clamore, qualis esse ex insperato 35 faventium solet, Romani adjuvant militem suum, et ille defungi proelio festinat. Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatum conficit. Jamque aequato Marte singuli supererant, sed nec spe nec viribus pares. Alterum intactum ferro corpus 40 et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabat, alter, fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus viatusque fratrum ante se strage, viatori objicitur hosti; nec illud proelium fuit. Romanus exsultans: «Duos, inquit, fratrum Manibus dedi; tertium causae belli hujusce, ut Romanus 45 Albano imperet, dabo.» Male sustinenti arma gladium superne jugulo defigit: jacentem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt, eo majore cum gudio quo prope metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur, quippe imperio 50 alteri aucti, alteri dicionis alienae facti.

(Lib. I, c. XXV)

#### 8. — Triunfo, crimen y juicio de Horacio

Princeps Horatius ibat, trigemina spolia prae se gerens. Cui soror virgo, quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit; cognitoque superumeros fratri paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci juveni animum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam. Abi hinc

5

# Adjumenta Grammaticalia

## II. MODI VERBI

*in oratione non subjecta seu independ.*

### I. — Indicativus

*significat absolute factum, eventum rei*

**Usurpat:**

- 1) in orat. enuntiativis : Rosa floret. Canis non latrat.
- 2) in exclamacione : Quam multa passus sum!
- 3) in interrog. directis : Quo fugis? Venitne pater?
- 4) in condicionalibus (quae in scriptoribus animo factum reale supponunt) : Graviter quis aegrotat (= si quis...): medicum vocat.

*Latine indicativum, hispanice vero condicionale vel subj. adhibe:*

- 1) Cum verbis quae significant rem dece. Possum excitare testes (podría presentar, fieri posse, debere absolute sine condicione (si insit condicio in subj.)).
- 2) cum periphrastica pass. (et activa in- terdum) Optandum est (sería de d.); scripturus fui.
- 3) cum v. sum et quibusdam locutionibus Longum, stultum est; scelus est (sería).
- Nota discriminem } possum, debeo : podria, deberia (pero no tengo intención).  
poteram, d. : podria, habria p. (no lo bago).  
potui, debui : habria podido (no lo bice).  
potueram, d. : podria, habria p. (no lo bice en el momento de que se trata).
- 4) cum pronom. et adv. que in cumque desinunt aut duplicantur : Quotquot, utut; quoquo modo est (sea); quaecumque causa est (sea).
- 5) cum conj. sive... sive... (seu seu) : Sive verum, sive falsum est (sea).
- 6) cum adv. paene, prope (tempus: perf. indicat.) : Paene dixi (c. diría).
- 7) indicativum pro imperat. : Valebis (vale) meaque negotia vi- debis.

### Subjunctivus

*exprimit desiderium, condicionem, rem possibilem, incertam.*

### II. — Subj. Potentialis (particula neg.: non).

*significat rem forte possibilem.*

**Praesens:**

- Tempus:** praes. aut perf. - aor. (tere sine discrimine). **Notat:** rem praes. a fut. : Quis dieat, dixerit, (tal v. alguno diría, podría d.) Roges me (podrías pr.).
- NOTA:** subj. potentialis praes. pro passiva impers. hispanica : Ibi cernas (allí se vería, se podría v.).

**Praeteritus:**

- Tempus:** imperf. (aut plusqperf.) **notat:** rem praeteritam : Qui restitissent? (cómo iban a poder r.) Timeres hostes (podrías t.).
- NOTA:** a) ut in potentiali praes. b) subj. potent. modesto prolatum : Ibi cerneres (se hubiera p. ver.). Non reprehenderim (no me atrevería).

### III. — Subj. Irrealis

*fere in secundaria orat. (partic. neg. non, haud)*

*exprimit rem faciendam sub quibusdam condicionibus, sed non factam, quia condiciones non sunt impletæ*

**Praesens:**

- Tempus:** imperfectum; **notat:** rem præc. non factam. : Si amicus haberem, felix essem.

**Praeteritus:**

- Tempus:** plusqperfectum; **notat:** rem praeter. non factam : Si amicus habuisse, felix fuisset.

- NOTA:** a) hunc subiectum in primis adhiberi in orationibus conditionalibus III ordinis —que dicuntur—.

- b) significacionem et conexionem cum temporibus indicat:  
si possem, id facerem (==non faciebam, quia non poteram).  
si possem, id fecissem (==non feci, quia non potui).  
si potuisse, id fecissem (==non feci, quia non potui).  
si umquam potuisse, tunc certe facerem (==non faciebam, quia umquam facere potui).

### IV. — Subj. dubitativus s. deliberativus (partic. neg. non)

*significat dubium, deliberationem; et animi permissionem; indignationem.*

**Praesens:**

- Tempus:** praes. aut perf.; **notat:** Non diligam? (no voy a amar?) Ille incen- rem fut. aut praes. : Non diligit? (es posible, podrás suponer q.)

**Praeteritus:**

- Tempus:** imperf. (raro plusqperf.) **notat:** Quid facerem? (qué pude b.) Virgis ille caederet (qué él le hiciera azotar?)

### V. — Subj. optativus (partic. neg. ne)

*exprimit votum, desiderium*

**Praesens:**

- Tempus:** praesens aut perf.; **notat:** Sint beati (ojalá sean felices). Fuerint beati desiderium quod fieri potest (ojalá bayan sido f.).

- NOTA:** procedere posse particulam ultimam, ut (procedere, si... ut que, si... ut que, si... ut que) ponder partic. neg. non).

**Praeteritus:**

- Tempus:** imperf. aut plusqperf. **Notat:** desiderium factu im- possibile nunc aut antea : Ne essent beati (ojalá no fueran f.) Ne fuissent b. (ojalá no hubieran s. f.)

- NOTA:** a) fere semper adjungi particulam ultimam (raro si).  
b) velim: quisiera (res fieri potest); vellem: querria (res fieri non potest).

### V. — Subj. concessivus (partic. neg. ne)

*concedit aut supponit aliquid*

**Praesens:**

- Tempus:** praesens aut perf.; **notat:** rem pos- sibilem: si praesentem aut fut.: adhibe praes.; si praeter.: adhibe praeter. per.

**Praeteritus:**

- Tempus:** imperf. aut plusqperf.; **notat:** rem impossibilem: si praesentem: adhibe imperf. si praeter.: plusqperf. (vel raro imperf.).

- Vendat aedes vir bonus (suponga- mos q. v. q. quiera vender. (Ven- ditor) (supongamos q. haya v.)*

- Ne veniret Cicero (supongamos q. no haya v.) Ne venisset Cicero. (Supongamos q. no hubiese v.)*

### VII. — Subj. hortativus

*partic. neg. ne; si membrum negativum est duplex: neve (neu); si primum est affirmativum: neve (neu); neque (nec).*

**Adhibemus:**

- 1) 1.<sup>am</sup> pers. pl. in adhortationibus : Eamus. Ne mentiamur.
  - 2) 2.<sup>am</sup> pers. sing. (cum sententiam pro- ponimus, consilium veniamque cui- dam damus) : Mutare quod non possis, feras. Mei memineris.
  - 3) 3.<sup>am</sup> pers. sing. et pl. (loco imperat.): Aut bibat aut abeat.
- Nota particulas:** mulier ne adsit, neve videat. Secedant improbi nec cum bonis congregentur.

### VIII. — Imperativus

*adhibetur cum bortamur, precamur, concedimus, probibemus, mandata legesque damus.*

**Praesens (fere in 2.<sup>a</sup> pers.):**

- 1) exprimit r. statim faciendam : Exi. I. edere ex urbe.
- 2) aut semper (ut in praecpt. et senten- tiis) : Obti. impeta legibus.

**Futurum:**

- 1) innuit intervallum inter praecptum et executionem : Cras petitio mercedem.
- 2) alio futuro jungitur (2.<sup>a</sup> pers.) : Quod voles, scribito.
- 3) semper in legibus, testamentis, pactis (3.<sup>a</sup> pers.) : Duo consules sunt, creanto.
- 4) fere semper in praecpt. et sententias (2.<sup>a</sup> pers.) : Ignoscito alteri.

- NOTA:** a) sensu improprio usurpari imperativum praes. aut fut. pro subj. condicionali ; b) interdum imperativum suppleri subj. hortativo ; c) ne cum imperat. praes. a poetis et in sermoni fa- miliaři adhiberi :

- d) ne cum imperat. fut. (a.<sup>a</sup> et 3.<sup>a</sup> pers.) in legibus, pactis, a scriptoribus rei rusticae.

- e) ut vim tribuis imperativo, adde: age (nunc) agendum, sis

- f) ut amico et benignius impres, pro imperativo, ad- hibe fut. vel subj. vel alias locutiones

- g) non nulla verba imperativo praes. zarere : Esto, memento, scito, sic habeto.

- h) 3.am pers. in -to fere a poētis et in legibus testamentis, pactis adhiberi (a poētis etiam 2.am pers. Exice esto (—sit ista); quae ab omnibus usurpatur.

### IX. — Imperativus prohibitivus s. negativus

**Adhibe:**

- 1) in 2.<sup>a</sup> pers. perf. - acr. subj. : Ne timeris. Ne feceritis.
- 2) in 3.<sup>a</sup> pers. praesentem subj. : Puer telum ne habeat. Pueri ne pugnant.

- NOTA:** a) 1.am pers. subj. in primis adhiberi cum subjectum est incorrectum.

- b) in prohibitions usurpari posse (praesertim in ser- mone familiaris et a poētis: noli, nolito (cum infinit.) case, eavete (a. praes. aut praet. subj.), fac ne (a. praes. subj.))

**XL. — Infinitivus (in orat. non subjecta)**

1) infinitivus historicus:

- Narrationi vim tribuit: respondet imperf. indicat. Usurpat tantum infinit. praes. activ. et pass. Subjectum in nominativo :

a) Infinitivus cum exclamatione:

- (in admiratione, stupore, indignatione). Subjectum in accusat. Addi potest parti- culi expositio, e.

- Manere in patria perditores... Tene haec fecisse...

- JOSEPHUS M.<sup>a</sup> MIR, C. M. F.

cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum  
 mortuorum vivique, oblita patriae. Sic eat quaecumque  
 Romana lugebit hostem.» Atrox visum id facinus Patribus  
 plebique; sed recens meritum faēto obstabat. Tamen raptus  
 in jus ad regem. Rex, ne ipse tam tristis ingratique ad  
 vulgus judicii ac secundum judicium supplicii auctor esset,  
 concilio populi advocato, «Duoviros, inquit, qui Horatio  
 perduellionem judicent, secundum legem facio.» Lex  
 horrendi carminis erat: «Duoviri perduellionem judicent;  
 si a duobusviris provocarit, provocatione certato; si  
 vincent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito,  
 verberato vel intra pomerium vel extra pomerium.»

Hac lege duoviri creati cum condemnassent, tum alter  
 ex his: «P. Horati, tibi perduellionem judico, inquit. I,  
 lictor, colliga manus.» Accesserat lictor, injiciebatque  
 laqueum. Tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis in-  
 terprete: «Provoco,» inquit. Ita provocatione certatum ad  
 populum est. Moti homines sunt in eo judicio maxime P.  
 Horatio patre proclamante «se filiam jure caesam judicare;  
 ni ita esset, patro jure in filium animadversurum fuisse.»

Orabat deinde, ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe  
 conspexissent, orbum liberis facerent. Inter haec senex, ju-  
 venem amplexus, spolia Curiatorum fixa eo loco qui nunc  
 pila Horatia appellatur ostentans: «Huncine, ajebat,  
 quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem  
 vidistis, Quirites, eum sub furca vinclum inter verbera  
 et cruciatus, videre potestis? quod vix Albanorum oculi  
 tam deformē spectaculum ferre possent. I, lictor, colliga

manus quae paulo ante armatae imperium populo Romano  
 pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis hujus. Ar- 40  
 bore infelici suspende, verbera vel intra pomerium, mo-  
 do inter illa pila et spolia hostium, vel extra pomerium,  
 modo inter sepulcra Curiatorum. Quo enim ducere hunc  
 juvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta foeditate  
 supplici vindicent?» Non tulit populus nec patris lacrimas 45  
 nec ipsius parem in omni periculo animum; absolverunt  
 que admiratione magis virtutis quam jure causae. Itaque,  
 ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, impe-  
 ratum patri, ut filium expiaret pecunia publica. Is, qui-  
 busdam piacularibus sacrificiis factis, quae deinde genti 50  
 Horatiae tradita sunt, transmisso per viam tigillo, capite  
 adoperto velut sub jugum misit juvenem. Id hodie quo-  
 que, publice semper refectum, manet; sororium tigillum  
 vocant. Horatiae sepulcrum, quo loco corruerat icta,  
 constrūtum est saxo quadrato.

55

(Lib. I, c. XXVI)

#### 9. — Singular aventura de Horacio Cocles

Tarquinii ad Lartem Porsennam, Clusinum regem,  
 perfugerant. Porsenna, tum esse regem Romae, tum  
 Etruscae gentis regem amplum Tuscis ratus, Romam in-  
 festo exercitu venit.... Cum hostes adessent, pro se quisque  
 in urbem ex agris demigrant, urbem ipsam saepiunt prae- 5  
 sidiis. Alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta; pons  
 sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset,  
 Horatius Cocles: id munimentum illo die fortuna urbis

Romanae habuit. Qui positus forte in statione pontis, cum  
 10 captum repentina impetu Janiculum atque inde citatos  
 decurrere hostes vidisset trepidamque turbam suorum ar-  
 ma ordinisque relinquere, reprehensans singulos, obsistens,  
 obtestansque Deum et hominum fidem, testabatur nequi-  
 quam desertio praesidio eos fugere: «Si transitum pontem  
 15 a tergo reliquissent, jam plus hostium in Palatio Capito-  
 lioque quam in Janiculo fore. Itaque monere, praedicere  
 ut pontem ferro, igni, quacumque vi possint interrum-  
 pant; se impetum hostium, quantum corpore uno posset  
 obisti, excepturum.» Vadit inde in primum aditum pon-  
 20 tis, insignisque inter conspecta cedentium pugnae terga  
 obversis comminus ad ineundum proelium armis, ipso  
 miraculo audaciae obstupefecit hostes. Duos tamen cum eo  
 pudor tenuit, Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros  
 genere factisque. Cum his primam periculi procellam et  
 25 quod tumultuosissimum pugnae erat parumper sustinuit;  
 deinde eos quoque ipsos, exigua parte pontis relata, revo-  
 cantibus qui rescindebant, cedere in tutum coegit. Circum-  
 ferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etrusco-  
 rum, nunc singulos provocare, nunc increpare omnes:  
 30 «Servitia regum superborum, suae libertatis immemores,  
 alienam oppugnatum venire.» Cunctati aliquandiu sunt,  
 dum alius alium, ut proelium incipient, circumspendant.  
 Pudor deinde commovit aciem, et, clamore sublato, undi-  
 que in unum hostem tela conjiciunt. Quae cum in objecto  
 35 cuncta scuto haesissent neque ille minus obstinatus in-  
 genti pontem obtineret gradu, jam impetu conabantur de-

trudere virum, cum simul fragor rupti pontis, simul clamor  
 Romanorum alacritate perfecti operis sublatus pavore su-  
 bito impetum sustinuit. Tum Coles: «Tiberine pater, in-  
 quis, te, sancte, precor, haec arma et hunc militem propitio 45  
 flumine accipias.» Ita sic armatus in Tiberim desiluit;  
 multisque superincidentibus telis, incolumis ad suos tra-  
 navit, rem ausus plus famae habituram ad posteros quam  
 fidei. Grata erga tantam virtutem civitas fuit: statua in co-  
 mitio posita; agri quantum uno die circumaravit datum. 50  
 Privata quoque inter publicos honores studia eminebant;  
 nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisque  
 ei aliquid, fraudans se ipse vietu suo, contulit.

(Lib. II, c. IX, X)

#### 10. — Mucio Scévola, varón fuerte

Obsidio erat nihilominus et frumenti cum summa ca-  
 ritate inopia, sedendoque expugnaturum se urbem spem  
 Porsenna habebat, cum C. Mucius, adulescens nobilis, cui  
 indignum videbatur populum Romanum servientem, cum  
 sub regibus esset, nullo bello nec ab hostibus ullis obses-  
 sum esse, liberum eundem populum ab iisdem Etruscis 5  
 obnsideri quorum saepe exercitus fuderit, itaque magno  
 audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam  
 ratus, penetrare in hostium castra constituit.... Approbant  
 Patres; abdito intra vestem ferro proficiscitur. Ubi eo ve- 10  
 nit, in confertissima turba prope regium tribunal constituit.  
 Ibi cum stipendum forte militibus daretur et scriba cum  
 rege sedens pari fere ornatu multa ageret eumque milites

vulgo adirent, timens sciscitari uter Porsenna esset, ne  
 15 ignorando regem semet ipse aperiret quis esset, quo  
 temere traxit fortuna facinus, scribam pro rege obtruncat.  
 Vadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone  
 sibi ipse fecerat viam cum concursu ad clamorem facto,  
 comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal  
 20 regis destitutus, tum quoque inter tantas fortunae minas  
 metuendus magis quam metuens: «Romanus sum, inquit:  
 civis; C. Mucium vocant. Hostis hostem occidere volui;  
 nec ad mortem minus animi est quam fuit ad caedem: et  
 facere et pati fortia Romanum est. Nec unus in te ego  
 25 hos animos gessi; longus post me ordo est idem potentium  
 decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere, ut  
 in singulas horas capite dimices tuo, ferrum hostemque  
 in vestibulo habeas regiae. Hoc tibi juventus Romana  
 indicimus bellum. Nullam aciem, nullum proelium ti-  
 30 mueris; uni tibi et cum singulis res erit.» Cum rex, simul  
 ira incensus periculoque conterritus, circumdare ignes mi-  
 nitabundus juberet, nisi expromeret propere quas insidia-  
 rum sibi minas per ambages jaceret: «En tibi, inquit, ut  
 sentias quam vile corpus sit iis qui magnam gloriam vi-  
 35 dent;» dextramque accenso ad sacrificium foculo injicit.  
 Quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, prope  
 attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluisset amo-  
 verique ab altaribus juvenem jussisset: «Tu vero abi,  
 inquit, in te magis quam in me hostilia ausus. Juberem  
 40 maecte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret;  
 nunc jure belli liberum te intactum inviolatumque hinc

dimitto.» Tunc Mucius, quasi remunerans meritum:  
 «Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos, ut be-  
 neficio tuleris a me quod minis nequissi, trecenti conju-  
 ravimus principes juventutis Romanae ut in te hac 45  
 grassaremur. Mea prima sors fuit: ceteri, ut cujusque  
 ceciderit primi, quoad te opportunum fortuna dederit, suo  
 quisque tempore aderunt.» Mucium dimissum, cui postea  
 Scaevolae a clade dextrae manus cognomen inditum, le-  
 gati a Porsenna Romam secuti sunt: adeo moverat eum et 50  
 primi periculi casus, quo nihil se praeter errorem insi-  
 diatoris texisset, et subeunda dimicatio totiens quot con-  
 jurati superessent ut pacis condiciones ultro ferret Ro-  
 manis. Iactatum in condicionibus neququam de Tarquinii  
 in regnum restituendis.

55

(Lib. II, c. XII. XIII)

## II. — La plebe en el Monte Sacro

Timor inde Patres incessit ne, si dimissus exercitus  
 foret, rursus coetus occulti conurationesque fierent. Ita-  
 que, quamquam per dictatorem dilectus habitus esset, ta-  
 men, quoniam in consulum verba jurassent, sacramento  
 teneri militem rati, per causam renovati ab Aquis belli 5  
 educi ex urbe legiones jussere. Quo facto maturata est  
 seditio. Et primo agitatum dicitur de consulum caede, ut  
 solverentur sacramento; doctos deinde nullam scelere reli-  
 gionem exsolvi, Sicinio quodam auctore injussu consulum  
 in Sacrum Montem secessisse; trans Anienem amnem est, 10  
 tria ab urbe mia passuum. Ibi sine ullo duce, vallo fos-

saque communitis castris quieti, rem nullam nisi necessaria ad viatum sumendo, per aliquot dies, neque lassissiti neque lassententes, sese tenuere. Pavor ingens in urbe, me-  
 15 tuque mutuo suspensa erant omnia. Timere relieta ab suis plebes violentiam Patrum; timere Patres residem in urbe plebem, incerti manere eam an abire mallent. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti Menenium Agrippam, fa-  
 cundum virum, et, quod inde oriundus erat, plebi carum.  
 20 Is, intromissus in castra, priso illo dicendi et horrido mo-  
 do nihil aliud quam hoc narrasse fertur: «Tempore quo in homine non, ut nunc, omnia in unum consentientia, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fue-  
 rit, indignatas reliquas partes sua cura, suo labore ac mi-  
 25 nisterio ventri omnia quaeri, ventrem in medio quietum nihil aliud quam datis voluptatibus frui, conspirasse inde ne manus ad os cibum ferrent nec os acciperet datum nec dentes denique conficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa una membra totumque corpus ad ex-  
 30 tremam tabem venisse. Inde apparuisse ventris quoque haud segne ministerium esse, nec magis ali quam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo vivimus vigemusque, divisum pariter in venas, maturum confecto cibo sanguinem.» Comparando hinc quam intesisti-  
 35 na corporis seditio similis esset irae plebis in Patres flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia coep-  
 tum, concessumque in condiciones ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consulles esset, neve cui Patrum capere eum magistratum liceret.

(Lib. II, c. XXXII et XXXIII)

## 12. — Coriolano vencido por su Madre

Ludi forte Magni Romae parabantur.... Ad eos ludos, auctore Attio Tullio, vis magna Volscorum venit. Priusquam committerentur ludi, Tullius, ut domi compositum cum Marcio fuerat, ad consules venit: dicit esse quae secreto agere de re publica velit. Arbitris remotis: «Invitus, 5 inquit, quod sequius sit de meis civibus loquor. Non tam admissum quicquam ab iis criminatum venio, sed cautum ne admittant. Nimio plus quam vellem nostrorum ingenia sunt mobilia: multis id cladibus sensimus, quippe qui non nostro merito, sed vestra patientia incolu- 10 mes simus. Magna hic nunc Volscorum multitudo est; ludi sunt; spectaculo intenta civitas erit. Memini quid per eandem occasionem ab Sabinorum juventute in hac urbe commissum sit; horret animus ne quid inconsulte ac temere fiat. Haec nostra vestraque causa prius dicenda vobis, con- 15 sules, ratus sum. Quod ad me attinet, extemplo hinc domum abire in animo est, ne cuius facti diutiae contagione praesens violer.» Haec locutus abiit. Consules cum ad Patres rem dubiam sub auctore certo detulissent, auctor magis, ut fit, quam res ad praecavendum vel ex superva- 20 cuo movit; factoque senatus consulto ut urbe excederent Volsci, praecones dimittuntur, qui omnes eos proficiisci ante noctem juberent. Ita irarum pleni domos inde digressi sunt, instigandoque suos quisque populos effecere ut omne Volscum nomen deficeret. 25

Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lehti Attius Tullius et Cn. Marcius, exsul Romanus, in quo aliquanto plus spei repositum. Quain spem nequaquam fefellit, ut facile appareret ducibus validiorem quam exercitu rem Romanam esse. Ad urbem dicit et, quinque ab urbe milia passuum castris positis, populatur inde agrum Romanum. Sp. Nautius et Sex. Furius consules erant. Eos recensentes legiones, praesidia per muros aliaque in quibus stationes vigiliasque esse placuerat loca distribuentes multitudo ingens pacem poscentium primum seditioso clamore conterruit, deinde vocare senatum, referre de legatis ad Cn. Marcius mittendis coegit. Acceperunt relationem Patres, postquam apparuit labare plebis animos, missique de pace ad Marcius oratores. Atrox responsum rettulerunt: «Si Volscis ager redderetur, posse agi de pace; si praeda belli per otium frui velint, memorem se et civium injuria et hospitum beneficii annisurum ut appareat exsilio sibi irritatos, non fractos, animos esse.» Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra. Sacerdotes quoque, suis insignibus velatos, isse supplices ad castra hostium traditum est; nihil magis quam legatos flexisse animum.

Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem frequentes coeunt. Id publicum consilium an muliebris timor fuerit, parum invenio; pervicere certe ut et Veturia, magno natu mulier, et Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent, et, quoniam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. Ubi-

ad castra ventum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, primo, ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione motus esset, multo obstinatior adversus lacrimas muliebres erat. Dein familiarium quidam, qui insignem maestitia inter ceteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem: «Nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi conjuxque et liberi adsunt.» Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede sua cum ferret matri obviae complexum, mulier in iram ex precibus versa: «Sine; priusquam complexum accipio, sciam, inquit, ad hostem an ad filium venerim; captiva materne in castris tuis sim. In hoc me longa vita et infelix senecta traxit, ut exsulem te, deinde hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quae te genuit atque aluit? Non tibi, quamvis infesto animo et minaci perveneras, ingredienti fines ira cecidit? Non, cum in conspectu Roma fuit, succurrerit: Intra illa moenia domus ac Penates mei sunt, mater, conjux liberique? Ergo, ego nisi peperisset, Roma non oppugnaretur! Nisi filium haberem, libera in libera patria mortua essem! Sed ego nihil jam pati nec tibi turpius nec mihi miserius possum, nec ut sum miserrima diu futura sum; de his videris, quos, si pergis, aut immatura mors aut longa servitus manet.» Uxor deinde ac liberi amplexi, fletusque ab omni turba mulierum ortus et comploratio sui patriaeque fregere tandem virum. Complexus inde suos dimittit; ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro Romano, invidia rei oppressum perisse

tradunt alii alio leto. Apud Fabium, longe antiquissimum auctorem, usque ad senectutem vixisse cundem inventio; refert certe hanc saepe eum exacta aetate usurpasse 85 vocem, multo miserius seni exsilium esse. Non inviderunt laude sua mulieribus viri Romani: adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur! Monumento quoque quod esset, templum Fortunae Muliebri aedificatum dedicatumque est.

(Lib. II, c. XXXVI - XL)

#### 12. — Los Galos incendian a Roma

Ceterum, seu non omnibus delendi urbem libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorum, et ostentari quedam incendia terroris causa, si compelli ad ditionem caritate sedium suarum obsessi possent, et non omnia cncremari tecta, ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flestendos hostium animos haberent, nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis. Romani ex Arce plenam hostium urbem cernen- 5 tes vagosque per vias omnes cursus, cum alia atque alia parte nova aliqua clades oreretur, non mentibus solum concipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ et fragor ruentium tectorum avertisset, paventes ad omnia animos oraque et 10 oculos flestebant, velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ nec ullius rerum suarum reliqui praeterquam corporum vindices, tanto ante alios miserandi magis,

qui unquam obsessi sunt, quod interclusi a patria obsidebantur, omnia sua cernentes in hostium potestate. Nec 20 tranquillior nox diem tam foede actum exceptit. Lux deinde noctem inquietam insecura est, nec ullum erat tempus quod a novae semper cladis alicujus spectaculo cessa- ret. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos, quin, etsi, omnia flammis ac ruinis aequata vidis- 25 sent, quamvis inopem parvumque quem tenebant collem, libertati reliquum, virtute defenderent; et jam, cum eadem cotidie acciderent, velut assueti malis abalienaverant ab sensu rerum suarum animos, arma tantum ferrumque in dextris, velut solas reliquias spei suae, intuentes. 30

(Lib. V, c. XLII)

#### 14. — Los Galos contra el Capitolio

Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis ne- quiquam bello gesto, cum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil superesse præter armatos hostes viderent ne- quiquam tot cladibus territos nec flexuros ad ditionem animos, ni vis adhiberetur, experiri ultima et impetum fa- 5 cere in Arcem statuunt. Prima luce, signo dato, multitudo omnis in foro instruitur; inde clamore sublato ac testudine facta subeunt. Adversus quo Romani nihil temere nec tre- pide; ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri videbant, ea robore virorum opposito, scandere hostem 10 sinunt, quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per proclive facilius rati. Medio fere clivo restitere; atque

inde ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu facto, strage ea ac ruina fudere Gallos ut  
 15 nunquam postea nec pars nec universi tentaverint tale pugnae genus. Omissa itaque spe per vim atque arma subeundi, obsidionem parant, cujus ad id tempus immemores et quod in urbe fuerat frumentum incendiis urbis absunipserant et ex agris per eos ipsos dies raptum omne Vejos erat.  
 20 Igitur, exercitu diviso, partim per finitimos populos praedari placuit, partim obsidere Arcem, ut obsidentibus frumentum populatores agrorum preberent.

(Lib. V. c. XLIII)

## 15. — El dictador Camilo

Vejis non animi tantum in dies, sed etiam vires crescebant. Nec Romanis solum eo convenientibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in  
 5 parte praedae essent, maturum jam videbatur repeti patriam eripique ex hostium manibus; sed corpori valido caput deerat. Consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri, sed antea consulto senatu qui Romae esset: adeo regebat omnia pudor discriminaque rerum prope perditis  
 10 rebus servabant! Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat. Ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. Inde, qua proximum fuit a ripa, per praeruptum eoque neglectum hostium custodiā saxum in  
 15 Capitolium evadit, et ad magistratus ductus mandata exer-

citus edit. Accepto inde senatus consulto uti comitiis curiatis revocatus de exsilio, jussu populi Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent imperatorem quem vellent, eadem degressus nuntius Vejos contendit; lex curiata lata est dictatorque absens dictus.

(Lib. V. c. XLVI)

## 16. Manlio, defensor del Capitolio

Dum haec Vejis agebantur, interim Arx Romae Capitoliumque in ingenti periculo fuit. Namque Galli, seu vestigio notato humano qua nuntius a Vejis pervenerat, seu sua sponte animadverso ad Carmentis saxo ascensu aequo, nocte sublustrī, cum primo inermem, qui tentaret viam, 5 praemisissent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni, innixi sublevantesque in vicem et trahentes alii alios, prout postularet locus, tanto silentio in summum evasere ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal, ad nocturnos strepitus, excitarent. 10 Anseres non fefellerent, quibus, sacris Junonis, in summa inopia cibi, tamen abstinebatur. Quae res saluti fuit; namque clangore eorum alarumque crepitū excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis, simul ad arma ceteros ciens, vadit et, dum ceteri 15 trepidant, Gallum, qui jam in summo constiterat, umbone iactum deturbat. Cujus casus prolapsi cum proximos sternet, trepidantes alios armisque omissis saxa, quibus adhaerebant, manibus amplexos trucidat. Jamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque 20

# Exercitationes scholares

## 1. — Vergilius et Ecloga

Vergilius poëta, eximum habuit ingenium et litteris diligenter incubuit a pueritia; omnibus virtute et probitate sodalibus praestitit; in ejus scriptis studium veritatis et naturae excellit, et hinc illum integrum vitae esse infertur. Ut carmina Georgicon conderet intima relatione vixit cum natura, vidi pigros boves sulcos facientes; et ibi in agro, quae oculi videbant, scribebat. Sub Tityri nomine et Meliboei, eclogam immortalē composit, ut gratias Caesari ageret, quia terras quas Mantuae habebat, per Maecenatem Vergilio reddidit. Poëta singit Tityrum lentum in umbra, docere Amaryllida silvas resonare, dum Meliboeus patriam fugit et patriae fines relinquit et dulcia arva. Tityrus exultans ait: «O Meliboe, Deus nobis haec otia fecit.» Haec verba laetitiam Vergilli monstrant ob redditā bona, et sub tegmine patulae fagi recubans, cum capellis, quas procul dumosa de rupe pendere videt, loquitur, atque, sermones habet exultationis plenos et animi grati in Caesarem.

RAIMUNDUS VALDEORIOLA.

## 2. — Galba

Galba creatus praetor, ad gubernandam Lusitaniam missus, crudelitate atque perfidia nomen execrabilē fecit.

Simulans se fortuna Lusitanorum commotum, eis dixit se paratum esse ad succurrentas eorum necessitates atque illis terras colendas daturum ubi placide vivere possent. Tali specie sinceritatis ille homo locutus est, (plus enim oratoris quam hominis habebat), ut illae humiles gentes ei crediderint. Itaque se ex locis superioribus demiserunt et in valle constiterunt. Quadam autem die, triste dictu, in agricolas incautos cum exercitu irrupit, neque recessit nisi magna strage peracta.

Quos non jugulavit, captivos vendidit. Severus Cato, octagesimum jam agens annum, Galbam accusavit qui, cum dives esset, absolutus est. Inter eos qui ex strage a Galba imperata evaserunt, erat quidam vir, cui nomen Viriatus.

IGNATIUS LAÍNEZ, C. M. P.  
e IV.<sup>o</sup> anno

## 3. De Lívio scriptore

Qui Livii perjucundas historias assidue lectione evolvit, tum quasi lenem fluvii cursum, tum strepitantem percipit. Livil lactea ubertas apud Quintilianum laudatur; mihi quam quā maxime Livius placet; ejus libris toto animo me devictum fateor.

Brevis est; numquam profusus; paucis multa eaque pulchre dicit. Suavitati fortitudinem in dicendo adjungit, sique veluti torque gemmarum ferreis cateint invicem junctorum Urbis collum circumdedit. Et brevitate et ingenio et amore patriae prae omnibus rerum scriptoribus romanis, meo saltem iudicio, lauros adeptus est.

ERNESTUS EGUILA, C. M. P.  
*Barbastri.*

## 4. — Narratiuncula

Roma legatos ad senatum carthaginensem misit, qui percunctarentur utrum Sagunti clades res Hannibalis esset, an hic consilio jussuque populi egisset. Hos inter legatos Q. F. Maximus recensendus est, qui sinu ex toga facto: «Senatores, inquit, vobis pacem bellumque portamus. Utrum placet sumite». Tumet elige, ei subclamatum est; atque cum hic, iterum sinu effuso, bellum dare dixisset. omnes accipere responderunt atque iisdem, quibus inceperant animis, sese bellum gesturos.

ANGELUS SANZ, C. M. P.  
*Barbastri.* e IV lat. cursu

# *Curiosa et jocosa*



48. Duo viatores qui antea nunquam inter se viderant, curru ferroviario Matritum iter faciebant. Filiosne habes?, junior provectionem interrogavit.

—Unum habeo, mi Domine.

—Probusne est?

—Optimus

—Tabaci fumum sugit?

—Nunquam tabacum tetigit.

—Accedit ad thermopolium (*bar*), ad caferiam? (*café*).

—Nequaquam.

—Gratias Deo age; margaritam enim habes. At, quotum agit annum?

—Puer est trium mensium.

Horatius et Vergilius Augusti Imperatoris frequenter convivae fuerunt. Fistulam lacrimalem alter habebat, spiritum defatigatum alter. Qua propter Augustus dicebat: «Inter suspiria et lacrimas ego sum.»

ERNESTUS EQUIS, C. M. P.

Barbastri

e 5.<sup>a</sup> lat. anno

## In schola

49. MAGISTER. — Dic mihi, Luci; quid est radix quadrata?

LUCIUS. — Haec non intellego, Domine, quia rei rusticae numquam vacavi.

LAUREANUS ELCANO, C. M. P.

Barbastri.

e 5.<sup>a</sup> lat. anno.

## Inter amicos

50. Scisne me musicae operam dare?  
— Ain' vero? ergo tu musicus fies? Et quonam ludis instrumento?

— Grammophonum pulso...

J. CASAS, C. M. P.

Barbastri

e 5.<sup>a</sup> lat. anno.

Typographia — F. Camps Calmet. — Teleph. 54. — Tarregae in Prov. Ilerdensi

51. PATER (*filio suo*): Foedus es! audisne? Foedus es!

FILIUS: Sed scias, pater, me tibi multum similem esse vulgo dict.

52. Josephus, vir maxime crassus, sudans anhelansque versus electriveham (*tranvia*) currit.

PETRUS (*deambulans*): Quo te rapis, Joseph?

JOSEPHUS: In electriveham ut concendam curro, nam medicus ne defatigarer enixe mihi commendavit.

P. CASALDÀLIGA, C. M. P.

Barbastri.

e 5.<sup>a</sup> lat. anno

53. Valde macer equus est hic? Cur eum non saginas?

— Haec addas!... Vix trahere potest parvam quam nunc fert carnem; quid, si praeponderaret, faceret?

54. Quae animalia hic venaris? Ferdices an lepores? — Perdices? qui sunt: describe.

— Animalia quadrupeda, leucophaeo colore, auribus longissimis... In his montibus multa invenies.

Paulo post sclopeti displosiones percipiuntur Pim, pam, puml... Et continuo voces: Amice, amice, respice lepores; praegrandes, praegrandes sunt. Et rusticus stupore correptus: — Malum, malum! O te miserum! Asinos occidisti meos!...

PHILIPPUS ALCALDE, C. M. P.

Barbastri.

e 5.<sup>a</sup> lat. anno.

## In aede publicae securitatis (policía)

55. Jam satis est verborum: aut mensis carceris aut ducentae pesetae: utrum placeat, elige.

— Obvia est electio: da mihi, Dne. statim ducentas pesetas,

J. ANDRÉS, C. M. P.